



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-571113-p0001-4

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-571113-p0002-9

DFG

1647, 4

18

# DISPUTATIO JURIDICA

*de*  
Querela in officiis Testamenti

*Quam*  
D. T. O. M. A.

Auctoritate & consensu Amplissimæ Facultatis  
Juridicæ in Alma Viadrinâ,

*PRÆSIDE*

# H E N N I N G O

GROSSEN J. U. D. P. P.  
p. c. Facult. Jurid. Dec.

Publicæ disquisitioni Subjicit  
DANIEL Flechtner / Gedanens.  
in Auditorio Juridico

Ad diem April. M. DC. XLVII.  
Horis matutinis

---

Francofurti  
Typis NICOLAI KOCHII,  
Academ. Typogr.



ORNATISSIMA  
ACQUARIA

1600

AMORIA

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600

1600



# I. N. S. & J. T.

## Thesis I.

### Estamenta aut

ipso jure vel lege infirmantur, *tit. i.*  
*qvibus modis test. infirm. t. t. ff. d. ini-*  
*rupt. irr. fact. testamen. vel per sen-*  
*tentiam & officium judicis, medi-*  
*ante querelâ inofficiosi Testamen-*  
*ti, potius n. in hoc testamenti ge-*  
*nere de judicio Testatoris, qvam*  
de jure agitur, *l. 5. pr. & § 1. ff. d. his qvib. ut indign.* Qvia  
vero s̄apē usuvenit, ut parentes nōvercalibus delinimentis  
& instigationibus corrupti, *l. 3. 4. ff. d. inoff. Testam.* aliis-  
que odiis instimulati, sanguini suo contra legem naturæ  
quæ ad successionem liberos vocat, *l. 7. §. fin. ff. und. liber.*  
*l. 7. d. bon. damnat.* injuriam inferunt, eosque plerumque  
sine causâ exhæredant, apprimè neccessarium fuit, reme-  
dio aliquo liberis inuti affectis subvenire, *pr. i. d. inoff.*  
*test. neq; n. jure civili,* neq; prætorio testamenta parentum  
turbare poterant, namq; tale testamentum, neq; nullum  
neq; ruptum, neq; irritum dici poterat, qvoniam exhære-  
dere liberos omnino licebat, qvos & occidere permisum  
erat, *l. 11. d. lib. & postb. & abdicare, l. abdicatio. C. d. pat.*  
pot. una illis superfuit querela inofficiosi; *l. 4. pr. d. bon.*  
*poss cont. tab.* Cujus consideratio vel absoluta erit, in definitione  
& causis, vel respectiva in cognatis & oppositis.

II. *Definitio hæc sit:* Querela inofficiosi Testamenti est  
remedium subsidiarium, *§. 3. j. b. t.* quo petit is, qui iniquè  
exhæredatus est, ut judex rescindat ex officio testamentum,  
*l. 5. §. 12. ff. b. t.* qvæsi à non sanæ mentis homine, & non ex

▲ ▲

officio



officio pietatis factum, l. 2. ff. b. t. l. 50. §. sed nunquid ff. d.  
bon. libert.

III. Circa definitum observandum, querelam in jure fre-  
quenter appellari i. accusationem, l. 11. C. b. t. l. 25. ff. eod.  
quoniam querelæ nomen modestius sit, facilius conqueri  
licet liberis de facto parentum, l. 11. §. i. d. accusat. pietas &  
obsequium revocat actionis intentionem. Inde Dd. volunt  
Auctores juris in his & similibus locis accusationem intel-  
ligere non publici criminis persecutionem, sed potius pa-  
ternæ pietatis improbationem & querelam de parentum i-  
niqvitate propositam, siqvidem non principaliter aga-  
tur in hac querela, ut parentis impietas coarguatur, sed  
omnia eò dirigantur, ut patris Testamento rescisso, filius  
hæreditatem sibi debitam conseqvatur, l. 17. 19. ff. b. t. v. Har-  
precht. ad pr. j. b. t. n. 2. 3. 2. Centumvirale judicium l. 13. ff.  
b. t. Qvia olim apud Centumviro agitabatur, qui judica-  
bant de causis hæreditatum, l. fin. C. d. pet. hæred. l. 5. pars  
judicantium hoc est Centumvirorum ff. b. t. l. cum filius 76.  
vers. judicum d. legat. 2. neq; tamen ex eo colligendum  
Centumviro querelam introduxisse, qvia non numerantur  
inter Magistratus legislatores; §. const. j. d. j. N. 3. pe-  
titionem hæreditatis, l. 34. C. b. t. potest enim simul insti-  
tutus querela in offic. & petitio hæreditatis l. qvi de in offic. ff.  
b. t. l. 1. C. eod.. ut scilicet testamento in officioso per  
sentiam judicis rescisso, hæreditas restituatur ab instituto  
hærede ipsi filio, quæ copulatio actionum compendiosa est  
neq; hoc novum & ad minuendas lites inutile, ut una  
cum imploratione officii, rescissoria simul detur, eiq; ad-  
jungatur actio, quæ post rescissionem erat competitura,  
frustra enim in plura judicia dividitur, qvod uno potest  
expediri, quoniam & sorsim accusari testamentum potest,  
& deinde peti hæritas l. 34. C. b. t. l. pen. §. sed quidam d.  
bon. poss. cont. tab. Myns. ad. pr. j. b. t. Reüsn. d. test. c. 34. n.  
4. 5. Hunn. vol. 1. disp. 13. tb. 1. lit. E. Vult. ad. §. 3. j. b. t.  
Hæn. disp. jur. Civ. 9. tb. 3. Wesenb. in w b. t. n. 5.

Q. An.



Q. An querela inter ascendentēs & descendētēs sus-  
blatas sit? Neq; i. legum specialium, multō minus integro-  
rum titulorum correctio admitti non debet, nisi expresse  
ex verbis colligatur l. 32. §. 6. C. d. appellat. qvod enim non  
mutatur, quare stare prohibetur, l. 27. C. d. testament. 2. Nov.  
115. c. 3. §. ult. Ait Imperator, testamentum evanescere t. 4.  
§. ult. rescindi, at qvod ipso jure nullum rescindi nequit,  
l. nam & si §. ff. de injust. rupt. Hænon. controv. jur. Civ. disp.  
§. tb. 6. Matt. Steph. Cent. 2. quæst. illust. 8. Qviac. ad Nov.  
118. Donel. lib. 9. Comm. j. C. 13. Qvod autem hodie rari-  
or sit, inde est i. qvod hodie non ita magnum, ut olim,  
sed exiguum jus patriæ potestatis quo jure nitebatur exhæ-  
redatio, l. 11. ff. d. lib. & postb. 2. Legitima aucta à Justi-  
niano. 3. Exhæredandi potestas & licentia multis modis  
restricta. vid. Reüsn. d. testament. c. 34. n. 8.

IV. Causæ Internæ sunt materia & forma.

V. Materia est vel circa quā, quæ objectum: vel  
in quā, quæ subjectum vocatur.

VI. Object. querelæ est testamentum l. 8. §. 2. ff. b.  
t. qualemque d. l. nisi sit militare l. 8. §. 4. l. 27 §. 2. ff. eod  
quāquam miles sit qui conqueri velit l. 27. §. 2. ff. eod. aut  
impuberis. l. 8. §. 5. ff. eod.

VII. Subjectum est vel cui, vel contra Qvod.

VIII. Querela datur i. liberis utriusq; sexus l. 15. 22.  
C. b. t. naturalibus & legitimis, legitimus tantum §. adoptivis §.  
2. j. b. t. sed ita demum si à personā non extraneā adoptati,  
alias ex adoptione nihil quicquam juris consequuntur, præ-  
terquam qvod ab intestato patri adoptivo succedere possunt,  
§. 2. j. d. adopt. l. cum in adoptivis C. d. adoption. emancipa-  
tis §. sed & hæc quidem j. d. exhær. lib. posthumis l. liberorum  
d. V. s. qvod tamen hodie locum non habet, quia si fuerint  
præteriti ipso jure rumpitur testamentum, §. posthumj. d.  
exhæred. lib. nec possunt hodie exhæredari cum ingratitudi-  
nem non committant, Scheidev. in §. tam a. b. r. spuriis  
de testamento matris, l. 29. §. 1. ff. b. t. nisi sit illustris, l. pen.  
C. ad S. C. Orphit. non patris, quia is jure nullus l. 23. d. stat.



bom. Etsi pater filios esse negaverit l. 27. §. 1. b. t. vel ma-  
ter existimans filium decepsisse eum præterierit, d. l. 27. §.  
alt. ff. b. t. quodsi plures sint liberorum gradus, semper  
dat ur proximioribus, qui etiam ab intestato alios exclude-  
rent, est enim in ea locus successorio Edicto l. 31. in pr. l.  
14. in fin. l. 25. §. 1. ff. b. t.

Q. An filio justè exhaeredato ex sua persona nepos ad  
querelam admittatur? Neg. per l. si quis filium. C. b. t. l.  
post humus & fin. ff. eod. l si quis filio exhaered. ff. d. ini. rupt.  
l. si quis post humos, §. si filium ff. de lib. posthum l. illud §.  
1. d. bon. poss. cont. tab. Anton. Rubeus d. inoff. test. n. 9. Hæn.  
disp. g. j. C. q. 7. Harpr. §. 1. n. 6.

IX. II. Datur secundo querela Parentibus l. 30. pr. b.  
t. §. ult. j. d. exhaer. lib. ratio. dubit, qvia non parentibus li-  
berorum, sed liberis parentum bona debentur, propter vo-  
cum paternum & naturalem erga liberos charitatem l. 17.  
pr. ff. b. t. & ideo parentes thesaurizant filiis, non filii pa-  
rentibus, 2. Cor. 12. v. 14. c. cum Apostolos §. prohibemus  
d. Censib. c. prædictor caus. 17. q. 1. pietas tamen parentibus de-  
bita svadet, ut ordine mortalitatis turbato, non temere  
prætereantur à liberis, ut luctus ex morte liberorum, suc-  
cessione eorundem velut mitigetur, arg. l. ult. C. d. inst. &  
subst. cum peracerbum sit & liberos, & eorum successio-  
nem amittere, unde Pater succedens filio dicitur venire ad  
triste lucrum, ad luctuosam hæreditatem l. un. in fin C. d. b.  
qpi ant. aper. tab.

X. Q. Qyomodo illud fieri possit qvia qui sunt in  
potestate patria tantum de peculio castrensi & qval. castren-  
si testamenta condunt, & fin. j. d. test: mil. hac testam. non subja-  
cent querelæ l. fin. C. eod. scilicet hoc intelligendum de Testamentis  
filiorum emancipatorum, l. 14. C. eod. sed huic obstat, Nov. 115.  
c. 4. in pr. verb. sancimus. Vult. autumat ad pr. j. b. t. d. l.  
fin. correctam esse, per nov. 115. Cui contradicit Don. l. 19. Com.  
j. C. b. t. Han, Vol. 1, disp. 13 tb 3. lit. C. 1. qvia Verba gene-  
ralis



talis constitutionis ita accipienda, ne specialibus aliis legibus derogent, et si hæ tempore priores, l. 26. d. leg. cum correctio non nisi specialiter fiat, l. 32. in fin C. de appell. 25. Verba generaliora nunquam derogare intelliguntur Veteribus legibus singularia privilegia continentibus, l. 3. C. d. Silent. l. fin. C. si cent. jus 3. in toto jure generi per speciem derogatur, & id potissimum habetur, qvod ad speciem directum est, l. in foto ff. d. R. l. 4. Nov. 115. c. 4. procedit, cum filiis familias jure communi testantur, secus si in expeditione s. castris occupati jure militari Testamentum faciant, qvia tunc eorum voluntas, qvoqmodo inventa fuerit, rata erit, per pr. tit. j. de testam. mil. & qvanquam æquum putetur, ut à militibus qvoq; parentes instituantur, durum tamen est, & leges corrigere veteres, cum posteriores id non exprimant, & militum privilegia minueré.

XI. Succedunt autem parentes liberis, cum liberi illi sine aliis liberis fuerunt, alias horum causa potior est, qvia non ut parentum hæreditas debetur liberis, sic liberorum hæreditas parentibus, parentes ad bona miserationis ratio admittit, liberos naturæ simul & parentum commune votum l. 1. §. 1. ff. si tab. test. null ext. Qvod si pater defuncti petierit possess. contra tabel. vincentibus liberis hæreditas una cum fructibus restituenda est. l. 16. §. 1. ff. b. t. nisi liberi defuncti à Successione sint exclusi; puta ex hereditatione aut qvod querelam repudiaverint, tunc parentes Testamentum inofficium dicere possunt, suo commodo, l. 14. ff. b. t. v. Mejer in Colleg. Arg. jurid. ad b. tit. n. 8.

XII. Tertio competit hæc querela Fratribus & Sororibus germanis, id est, ab eodem patre & eadem matre susceptis, atq; consangvineis, hoc est, ex eodem tantum patre natu. l. 21. C. b. t. §. Sororj. eod. non uterinis, l. 27. C. b. t. Sed nec germanis consangvineis semper datur, verum tum demum, quando persona infamis est instituta, id est, ipso jure notata, vel per sententiam condemnata, vel levis no-

ta,



ex, macula laborans, id est, infamia facti, vel si liberti integrati hæredes relict i. l. 21. C. b. t; aliud in servo necessario hærede instituto, qvia justa hujus instituendi causa per §. 1. qvib. ex causis man. non lic.

XIII. Q. An turpis personæ nomine veniat spurius?  
N. 1. non est notatus vel minima facti infamiae macula, qva spuriis portæ dignitatum patent i. 2. C. d. dignit. i. generaliter 3. §. 2. ff. d. decur. c. nunquam 3. 56. dist. non enim impedienda est dignitas ejus, qvi nihil admisit, i. 6. in pr. ff. d. decur. II. infamia proficiscitur ex propriis actionibus, adeoq; ex propria culpâ i. cognitionum §. 1. de var. & extraord. cogn. at ex fornicatione nasci, non est culpa nascentis, sed generantis, c. nasci 56. dist. 3. licet parentes, qvi Spurios minus legitimè procreant, culpam contrahant, i. fin. C. d. nat. lib. contra tamen disertè responsum extat, patris nota filium maculari non debere i. 2. §. 2. d. decur. item nullum patris delictum innocentî filio pœnæ esse debere. d. i. 2. §. 7. V. Hart. Pift. qvest. 30. lib. 1. Harp. ad §. 1. j.

XIV. Porro his omnibus querela tunc competit, si testamentum omni jure consistat, s. si non alio jure venire possint ad bona defuncti, §. 2. j. b. t. qvia querela est remedium subsidiarium, & tunc demum competit, qvando exhæredatus alia ratione & via juris non potest consequi legitimam i. Papinianus §. si quis imubes 15. ff. h. t. neg. n. ordinario jure muniti, ad extraordinarium recurrent i. 16. ff. in princ. d. minor. Qvam tamē regulam limitat Mei. in Coll. Argent. n. 15. eam accipendam esse de plurimis remedii, qvæ liberis, ut liberis competant, & qvæ iisdem eodem modo consideratis competere possunt, aliud enim est in non liberis & in remedii liberis quidem, sed diversimodè consideratis competentibus, exempl. in i. 14. C. b. t. ubi qvi in querela succumbit, potest tamen de falso accusare testamentum, & contra est enim causa diversa, querela ex impietate testatoris, falsum ex impietate hæredes est: & i. 16.



*l. 18. §. 1. eod.* ubi filius impugnat matris testamentum, ut nullum, interim labitur quinquennium.

Q. An postea possit querelam intendere? Aff. quia non negligenti non currit præscriptio, & habens duo remedia, ambo successivè intendere potest. Est etiam casus, quo cum jure ordinario concurrit extraordinarium, parens habet querelam inofficiosi contra Testamentum filii emancipati, sed cum emancipatione eundem manumiserit, secundum formam in §. præterea j. qvib. mod. jus patr. pot. solv. propositam, sit patronus & habet ex lege suam legitimam, §. fin. j. d. success. agn. & habet bonorum poss. contra tabulas, quæ juris est ordinarii; & tamen si illa egerit nihilominus intentare poterit querelam inofficiosi, l. i. §. fin. ff. si quis à Patre manum. ubi ratio. & in §. l. 93. d. R. l.

XV. Datur adversus eos qui tanquam heredes ex testamento possident hereditatem, ut sunt i. hæredes scripti, l. 25. §. 1. l. 27. §. pen. ff. b. t. cujuscunq; dignitatis & conditionis sint, ut nec eorum majestas obstet, licet sit Imperator, l. 8. §. 2. ff. b. t. inde August. Qui Deum vult instituere hæredem, filium exhæredare, alium quærat pro consilio, vel qui recipiat non Augustinum, c. fin. 17. q. 4. nec favor, si municipes, l. pen. §. 1. ff. b. t. vel conjunctus cum defuncto, l. pen. §. 1. ff. b. t. l. i. §. 5. ad L. Falcid. 2. hæredes scripti hæredis, aliusve successor. l. 10. ff. b. t. 3. Fiscus qui bona occupat, l. 10. C. b. t. 4. Fidei commissarii, l. i. C. b. t. Don. c. 8. l. 19. Wesenb. n. n. 9. b. t. quodsi cum fratre vel soro actoris extraneus etiam aliquis institutus, querela tantum adversus extraneum datur l. 19. l. 24. ff b. t. Mejer. in Coll. Argent. b. t. n. 28. Et quidem post aditam hæreditatem l. 8. §. 10. ff. b. t. l. 36. C. eod. antea enim non est, contra quem agant, quiq; judicium defuncti defendat, l. 8. §. 9. ff. b. t. potest etiam fieri ut repudiet scriptus, atq; ita querela non sit opus; quodsi scriptus hæres aditionem differat periculose, invocato officio judicis præfinitur certum Tempus, intra quod nisi hæreditatem adeat, prorsus ab ea repellitur,

B

d.l.



§. l. 36. instituenda v. est querela eo in loco, ubi haeres scriptus domicilium habet l. 29. §. fin. ff. b. t.

XVI. Forma actionis hoc colore pingitur, ne regulæ juris aduersentur, quæ voluntates supremas ratas esse volunt, l. 120. d. V. s. q. testator non sanæ mentis fuerit, l. s. §. fin. ff. b. t. ut ratione communis caruisse censeatur, qui contra mentem ac effectum hominum naturalem, §. i. in Auth. de trient. Et semiß. alienis relinquit hereditatem suis quibus jure debeatur exclusis, nam cum naturalis stimulus parentes ad charitatem impellat, & nullus affectus vincat paternum, l. ult. C. d. Curat. fur. sicq; plus presumatur diligere filium, quam seipsum, l. isti quidem §. 3. quod met. caus. hac ratione, qui naturalem erga liberos charitatem non curat, videtur habere morbum cerebri & defectum rationis ejus judicium, tanquam qui sensu caret estimandum, l. Titia ff. b. t. Didac. Spino. a Carceres Spec. test. glos. 20. pr. d. exhib. n. 7r. Wesenb. in rub. C. n. 10. Rectius autem hoc colore agitur, quam si accusetur defunctus de injuria facta. I. Quia accusatio injuriæ morte ejus extinta est. l. si eam §. q. injuriar. d. perpet. ac temp. act. 2. quoniam iniuriam propriæ non facit, quia nihil contumeliae causa facit, sed jure communi exhortationis usus est, l. 32. d. injur. l. 26. d. damn. infect. Wes. ad §. 1. j. lit. G.

XVII. Externæ causæ sunt Efficiens & finis.

XVIII. De origine hujus querelæ variæ sunt sententiæ, Cujac. eam dicit, ex L. gloria propter inscriptionem l. 4. ff. b. t. quem Hunn. vol. 2. disp. 13. th. 1. Harp. ad pr. j. b. t. refutant. I. Quod argumenta ab inscriptionibus ducta sint admodum infirma. II. Inscriptio illa non habetur in omnibus exemplaribus, sed absit in Pandectis Florentinis. III. Potuit querelæ jam antea introductæ mentioni fieri, vel in Commentario Caji, vel in ipsa L. gloria, Rittersh. statuit inter pretatione prudentum introducta esse quia verbum inducendi usurpari solcat, cum de autoritate prudenti sermo est, arg. l. 6. ff. d. lib. 5. posth. Verum & id inductum dicitur, quod descendit ex L. 12. Tab. vel aliis legibus, l. 7. ad exhib. Kult.



Vult. ad pr. j. b. t. n. 3. ab ueroq; jure tam prætorio qvā  
Civili eam descendere existimat, negatur autem ejus con-  
seqventia, cum inter jus prætorium & civile scriptum  
mediet non scriptum s. consuetudo, ut proinde necessari-  
um non sit, si querela inofficiosi neq; ex jure Civili Scripto,  
neq; Prætorio competit, eam descendere simul ex jure ul-  
troq;, qvod autem dicitur emancipatis per querelam inoff.  
jure Civili non succurrri id de jure Civili scripto intelligen-  
dum *Don. lib. 19. Comm. l.C. c.4. Matth. Steph. Cent. 2. quæst.*  
*79. Hæn. quæst. j. C. dijþ. tb. 1. Hunn. d. l. dicunt eam jure*  
non scripto s. consuetudine introductam esse, qvibus asti-  
pulamur. *l. non enim civili scripto introducta i. per l. 8. ff. d. bon.*  
*poss. cont. tab. 2. qvod emancipatis detur jure civili incogni-*  
tis *l. 6. ff. d. t. nec prætorio, qvia everso, per hanc Testa-*  
*mento testator fit intestatus, qui obtinuit, fit ipso jure hæres*  
*& qui institutus est, definit, qvævis prætorii non est, §. 2.*  
*j. d. bon. poss.* E. jure civili non scripto, cum plures  
juris Romani Species non dentur, *l. 7. ff. d. j. & j. cœpe-*  
*runt enim homines sine certo jure queri apud judices de*  
*inoffic. Testam, qvā querela à judicibus admissa ceperunt*  
*etiam testamenta rescindi v. Val. Max. lib. 7. c. 7. qvod cum*  
*sæpius factum esset, abiit res paulatim in mores, donec le-*  
*gibus tandem ac constitutionibus confirmata est, l. 24. ff.*  
*d. bon. poss. cont. tab.*

XIX. Finis & effectus duplex est i. ut Testamentum  
ceu inofficiosi & quasi furiosi, *l. 13. C. b. t. l. 36. d. leg. 3.*  
resecindatur, eoq; recesso legata quoq; & libertates pereant  
*l. 8. §. pen. l. 13. 28. ff. b. t. qvod tamen correctum, cum*  
just. voluerit institutionem tantum vitiari, salvis reliquis  
testamenti articulis *Nov. 115. c. 3. in fin.* Qvod quidem &  
naturæ & regulæ juris videtur repugnare, secundum *Rittersh.*  
*p. 6. nov. expos. c. 3. n. 27. qvæ dictat principali causâ non*  
consistentे plerumq; nec ea qvæ sequntur locum habere,  
*l. 129. d. R. l. omne a. Testamentum vires suas accipit ab*  
*Institutione heredis, tanquam à capite suo §. ante heredis*

B 2

d. leg.



*d. leg. l. i. in fin. ff. d. vulg. & pup. Vult. in p. j. d. ex hæred. lib.* Ratio tamen, hujus singularis juris constituendi est, ut querela quæ odiosa, quam minimum rescindat de Testatoris voluntate, tantum scilicet, ne injuria fiat liberis, & aliis quibus legitima debetur; Sed ut debitum suum naturale conseqvantur, quod ac sola institutione rescissa, Rittersh. in j. b. t. p. 279. ir. ut hæreditas inde ab intestato obtineatur dd. ll. nec obstat l. 6. §. 1. ff. b. t. ubi victoria nocet quidem victo, non autem prodest victori. Eorum qui succumbunt & testamentum improbe inoffic. dixerunt est, ut perdant, quicquid ipsis relictum est in eo testamento, quod tanquam indignis aufertur & Fisco applicatur, l. 8. §. 14. ff. b. t. non enim quis fructum debet conseqvi ex eo, quod ausus est impugnare. c. 35. d. R. l. in 6.

XX. Hactenus querela absolute tractata respectivè eadem videri potest in cognatis & oppositis.

XXI. *Affinia* querelæ sunt. I. *Condictio* ex l. omni modo C. d. inoff. test. quæ ad supplementum legitimæ agitur §. 3. j. eod. quæ tamen non quinquennio ut querela sed annis 30. tollitur 1. quia conditio personalis, rei persecutoria & per consequens perpetua est arg. pr. j. d. perpet. & Temp. act. l. omnes j. C. d. prescript. 30. vel 40. ann. E. & quilibet ejus pars perpetua esse debet, nimirum petitio supplementi, quia quod juris est, de toto quoad totum, idem de parte, quod ad partem, l. quæ de toto ff. de rei vindic. 2. cum querela sit odiosa, propterea quod ultimam testatoris voluntatem, quæ ut exitum sortiatur interest Reip. l. vel negare ff. testam. q. impugn. impugnet, hæc verò eam confirmet, non temerè, quod in illa receptum est, ad hanc extendi debet, arg. l. 19. d. lib & posth. Matth. Steph. cent. 2. quæst. 82. Gail. l. 2. ob. 120. Hæn. diff. 9. th. 12. Vult. ad §. 2. j. b. t. n. 4. Gædd. ad l. 98. d. V. s. n. 10. 2. petitio hæreditatis l. 50. §. ult. d. pet. hæred. 3. bonorum possessio l. 11. C. b. t. 4. Querela in offic. donationis, l. 12. b. t. utraq; agit de officio pietatis omisso, utraq; non datur nisi post obitum l. 1. ff. d. hær. vel act. vend. utraq;

utraq; non datur cum remedio alio qvis uti potest, §. 2. A.  
b. t. l. 46. C. d. Donat. Differunt autem inter se, qvod hæc  
ex contractu, qverela ex Testamento sit, hac tantum peta-  
tur legitima l. i. C. d. inoff. donat. qverela tota hæreditas  
salvis legatis, nov. 115. §. 3. in fin. 5. actio injuriarum secund.  
Cuiac. l. 17. c. 17. qvia utraq; dissimulatione, & renun-  
tiatione finitur l. 8. §. si qvis l. nam et si §. i. ff. b. t. l. j. C. d.  
in integ. restit. min. & sicut injuriarum actio in bonis no-  
stris non computatur ante litem contestatam, l. 28. ff. d. in-  
jur. ita nec qverela, l. i. §. sed si puta ff. si quid in fraud. pet.

XXII. Opposita qverelæ sunt, qvæ faciunt, ut qvere-  
la amittatur. Amittitur à vel facto ejus, cui competit, ut i.  
repudiatione & renuntiatione, l. 8. §. i. l. 15. §. i. ff. b. t. qvia  
cuilibet integrum est juri pro se introducto renuntiare l.  
pen. C. d. pact. nec qvisq; am potest cogi beneficium invitatus  
acceptare l. invitatus d. R. l. in 6. nisi id fecerit deceptus men-  
dacio hæredis, l. 21. p. ff. b. t. vel vanis promissis, si pacto  
transfegit, nec hæres fidem præstat, l. 27. pr. ff. b. t. 2. agni-  
tione judicii defuncti, l. 8. §. 10. l. 23. §. i. ff. b. t. ratio in l. 9.  
j. d. j. N. G. C. Nec obstat l. 5. prin. d. his q. ut indign. ea  
enim loquitur de illo, qvi ex falso Testamento legatum  
accepit, hic namq; nihilominus falsi potest testamentum  
arguere, si modo ignorans falsum esse Testamentum acce-  
pit, l. 3. ad L. Corn. d. fals. aliud autem est in eo, qvi non  
suo nomine aliqvid in Testamento relictum agnoscit, sed  
officii necessitate adductus, §. si tutor j. b. t. qvia officii ne-  
cessitas & tutoris fides excusata esse debet l. 5. §. 9. ff. d. his,  
q. ut indign. auf, l. 2. C. d. Calumn. & nemini officium su-  
um debet esse damnosum, l. 7. ff. qvemad. test. aper. Rittersh.  
in j. b. t. p. 274. Vult in §. 6. j. b. t. Reusn. d. testam. n. 47.

XXIII. II. Impeditur qverela vel facto Testatoris i. se  
debitam portionem, l. pen. pr. C. b. t repudiaverit, qvæ & debi-  
tum bonorum subsidium, l. 5. C. d. inoffic. don. vulgo qvar-  
ta naturæ, §. ult. j. b. t. Sc. qvoad naturam & substantiam  
qvippe natura liberos ad successionem vocat, nov. 1. ratio-



ne autem qvotæ, modi, taxationis, quantitatis, juris est ci-  
vili, ut enim cæteri quadrantes denominationem suam sum-  
pserunt à jure Civili, ita & hæc est portionis naturalis legi-  
tima lege taxata, Bern. Gravæ. pract. concl. l. 2. c. 29. rece-  
ptius legitima dicitur l. 30. C. b. t. ut querela quantum fieri  
potest coerceatur, testamenta maneant firma & rata, de-  
functi famæ parcatur, impudentiæ liberorum occurrat,   
idq; est, qvod Imper. ait, se ad verecundiam naturæ actio-  
nem ad supplementum introduxisse, verecundia sc. & fe-  
verentia, qvæ parentibus à liberis debetur l. 6. ff. d. in jus-  
voc. hoc postulat, ne facile parentum testamenta liberi re-  
scindant.

XXIV. Q. i. *Qvo titulo relinqvenda legitima?* R. O-  
lim qvocunq; Titulo legati, fideio commissi vel donationis  
relicta excludebat querelam l. 8. §. 6. ff. b. t. l. 30. l. 33. C.  
eod. hodie relinqvenda Titulo substitutionis i. per nov. 115.  
c. 3. in pr. 2. titulus Institutionis honorabilior est & potior,  
l. 3. §. hoc. a. l. filium §. sed si portio d. legat. præst. qui enim  
hæres instituitur, personam defuncti repræsentat, & cohæ-  
rede hæreditatem repudiante, jus habet accrescendi, l. i. §. si  
ex fundo ff. d. her. instit. qvod secus est, si saltem ipsi aliquid  
legatum, & alter hæres institutus, l. eam qvam C. d. fideit.  
Myns. ad §. fin. j. b. t. n. 23. Gail 2. obs. pract. 112. Harpr. ad  
§. fin. j. b. t. n. 5. Borcholt ad §. tam ac natur. j. b. t. Berlich.  
parte 3. conclus. 115. Et ita fuisse iudicatum in collegio Marpur-  
gensii Juridico, scribit Vult. ad pr. j. d. exhered. liber.

XXV. ii. *An parentum etiam legitima aucta sit?* Aff.  
i. per nov. 118. c. i. in fin ubi just. ait generaliter se augere  
portionem debitam in his omnibus, qui eâ non relicta de-  
in offic. queri olim potuerunt, atqui quadrantis nomine pa-  
rentibus olim querela competebat, l. i. 14. ff. b. t. qvamq; vam  
autem titulus illius de filiorum, nepotum successione tan-  
tum sit concepta, tamen id qvod de liberis constituerat ad  
omnes personas, qvæ olim querelam habebant, extendit,  
tum & ea est correlaterum natura ut qvod in uno statuitur,  
hoc



hoc idem in altero statutum intelligatur, l. fin. C. d. induit.  
vid. toll. 2. Patronis debetur triens, §. sed nostra j. d. suc-  
cess. libert. E. multo magis parentibus, qvorum petitio  
longè æqvior est, l. 15. ff. b. t. Et fratrum quoq; legitimam  
auctam esse probant, Dd. per d. nov. 18. c. i. §. hoc observan-  
do, qvanquam multi dissentiant.

XXVI. III. An legitima statuto in totum tolli possit?  
N. 1. qv. a jure naturali debetur l. 36. §. 2. C. b. t. arg. §. fin.  
t. d. j N. G. C. l. jura sanguinis d. R. j. 2. surrogatum sapit natu-  
ram ejus cuius in locum Surrogatur, l. 10. §. qui injuriarum ff.  
si quis caut. in jud. si st. &c. l. 32. ff. d. judic. atqui legitima  
alimentis surrogatur, Nov. 18. c. 3. vers. unde enim, alimen-  
torum autem petit. nullo jure tolli potest, l. t. §. 3. d. j. v. j.  
l. fin. C. d. alend lib. Inde imperat. in d. nov. 18. §. non lice-  
bit, scribit legitimam omnino esse relinqvendam, si filiorum  
qui non statim fame moriantur sed habeant, unde vivant  
pater appellari velit, Et l. hac Edict. C. d. secund. nupt.  
omnem consuetudinem repudiare videtur, qvâ legitima li-  
beris in totum auferuntur. Secundum hanc etiam in sacro  
Consist. Camer. indicatum testatur. Grav. pract. concl. l. 2.  
conc. 122. Myns. obs. 43. Cent. 5. n. 2. conc. 10. n. 44. sic & Do-  
mini Consist. Wittemberg. eandem judicando seqvuntur, ut vi-  
dere est in Consult. Saxon. cap. 8. part. 5. Gail. ita decidit.  
l. 2. Obs. 122. Si statutum auferat simpliciter legitimam, nec  
in alio, qvod vicem ejus habeat, compensationem faciat,  
nam & filiae dotatæ excluduntur à successione parentum,  
si dos loco legitimæ data. Minui tamen potest. qvia qvoad  
quantitatem juris Civilis est, Nov. 117. c. i. in verb. partem  
que legedebetur. Hoc procedere declarat Grav. d. t. si j. ex  
justa causa statutum minuat legitimam securus non svadente  
causa 2. modo non adeo adimat legitimam ut sustentan-  
dis liberis minor. s. impar. sit Matth. Steph. cent. 1. qvæst.  
illust. q. 21. Harpr. ad §. fin. j. b. t. Hunn. vol. 1. diss. 13. t. b. 11.  
q. 29. tit. D.

XXVII. II. Si justam exheredandi causam testator ad-  
scripsit l. 11. l. 28. l. 30. C. b. t. qvia liberis ratio naturalis  
addicit bona parentum, l. 7. ff. d. bon. damn. imo vivis pa-  
ren-



rentibus quodammodo domini bonorum existimantur, l. 11.  
ff. de lib. & postb. nemini autem jus suum invito & immer-  
ti sine causa eripi debet, ne a summo principe, l. id quod no-  
strum d. R. i. Ast qui justè exheredatus est, sibi imputare  
debet, qui male meritus est de testatore, ejusq; indignatio-  
nem in se concitavit, nec id iniqvum, cum qvisq; ex suo  
vitio hoc incommodo afficiatur, l. 15. ff. si qvis omiss. causa.  
testam. Causæ verò ex hæredationis olim orant arbitriæ  
Nov. 105. §. aliud, hodie in liberis sunt 14. in parentibus 7. in-  
fratribus tres, nov. 22. §. ingratitudinem, Scheidev. ad tit. j.  
d. exhæred. liber. Probatio autem ingratitudinis hodie in-  
cumbit hæredi scripto, auth. non licet C. d. lib. præter aliud  
fuit jure Codicis l. 28. C. b. t. l. ult. C. d. secund. nupt. sed res  
distingvenda cum Rittersh. in expos. nov. 3. Si expressisset  
causam, ab hærede probanda erat, si non liberis exhære-  
datis, jure v. novissimo, cum semper debeat exprimi à te-  
statore causa ingratitudinis, non est mirum, quod proba-  
tio ab hærede specialiter exigatur, qvia præsumtio est pro  
unoqvoq; eum esse bonum, donec probetur malus.

XXVIII. Tandem amittitur querela casu & Tempore quinqvennio l. 8. §. ult. l. 9. ff. b. t. a tempore aditæ hære-  
ditatis, non morte testatoris computando l. pen. §. 2. C. b.  
t. qvia nec nascitur ante aditam hæreditatem, l. 4. §. si con-  
ditioni ff. b. t. non potest autem extingvi actio, qvæ non-  
dum cepit competere, l. 29. ff. de usuf. leg. cum privatio  
præsupponat habitum, l. decem ff. d. V. O. & mora non po-  
test officere non cessantibus, l. 16. C. b. t. qvanquam & post  
quinqvennium agi possit, si ex magna & justa causa in-  
tra quinqvennium actum non sit, l. 8. §. ult. ff. b. t. Aut  
morte, querela nondum præparata non transmittitur ad hæ-  
redes extraneos, l. 7. ff. l. 34. C. b. t. præparatur verò ut  
& hæredibus deinde detur, si agere cepit lite contestata l. 6.  
§. ult. ff. b. t. si comminatus sit accusationem, l. 7. eod. si a-  
gnoverit bonorum possessionem, l. 6. §. ult. ff. b. t.  
litis ordinandæ gratia, l. 8. pr. ff. eod. &c.

T A N T U M.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-57113-p0019-7

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-57113-p0020-9


DFG



SC

V817





# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

# DISPUTATIO JURIDICA *de* Querela in officioso Testamento *Quam* D. T. O. M. A. Auctoritate & consensu Amplissimæ Facultatis Juridicæ in Alma Viadrinâ, PRÆSIDE HENNINGO GROSSGEN J. U. D. P. P. p. t. Facult. Jurid. Dec.

Publicæ disquisitioni Subjicit  
DANIEL Flechtner / Gedanens.  
in Auditorio Juridico

Ad diem April. M. DC. XLVII.  
Horis matutinis

Francfurti  
Typis NICOLAI KOCHII,  
Academ. Typogr.

